



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XLVII. S. Germani Collegivm Canonicorum, in vrbe Montensi apud Hannones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

S. GERMANI COLLEGIVM CANO-
nicorum, in vrbe Montensi apud Han-
nones.

Collegium istud originem atque insti-
tutionem suam debet nobilissimo Vir-
ginum Canonicarum S. V Valdetrudis colle-
gio, eadem in vrbe; quibus quidem Canonici
in ijs sacris, quæ sexui femineo permissa non
sunt, obeundis, vt Sacellani subseruiunt. Solet
enim quotidiè vnuis è Canonicis summum
Sacrum in Sanctæ V Valdetrudis Basilica cā-
tare & Dominicis alijsque solemnioribus
anni diebus festis tenentur omnes supplicati-
onibus, quas Canonicæ celebrant, interesse.
Hæc ex Iacobi Guisij manu scriptis Chroni-
cis Hannoniæ desumpsimus. Quando autem
hoc Canonicorum collegium in separata à
virginibus Basilica residere cœperit, & pro-
prijs quasi prouentibus frui, Guisianus non
exprimit.

A multis tamen retrò sæculis hæc ita fese
habere, testis est Chronographus Camera-
censis, qui circa annum Christi millesimum
quadragesimum floruit, & in villa castriloco,
duo monasteria, vnum puellarum, alterum Ca-
nonicorum S. Germani, fuisse
testatur.

CAPUT